(3) *Entrado en la heredad.* Non enim naſcitur querela ante aditam hęreditatem, *L. Papinianus, §. ſi conditioni, ff. eod.* & ratio ſecundum Angel. ibi eſt, quia ordinatur ad reſciſsionem teſtamenti, quod non habet efficaciam ante aditam hæreditatem: ideo proprie non cadit impugnatio, unde ſecus eſt in jure contra tabulandi, quod etiam non adita hæreditate proponitur, L. *ut liberis, C. de collation. L. quod vulgo, ff. de bonor. poſſ. contra tabul.* & eſt ratio, quia in tali judicio de jure teſtamenti non quæritur, ſed ſolum de jute contra tabulantis, ut *in leg. filio, §. 1. ff. de inoffic. teſtam.* & ſic poterit inferri, quod cum hodie de jure ordi. hujus regni ad ſubſiſtentiam contentorum in teſtamento non requiratur aditio hæreditatis: quia tunc querela non ordinatur ad reſciſsionem teſtamenti: ſed tantum pro jure querelantis, poterit querela etiam non adita hæreditate proponi, ſicut etiam de jute antiquo poterat bonorum poſſeſsio contra tabulas, dabitur ergo curator hæreditati jacenti, contra quem filius exhæredatus proponet querelam. & ſic ſtatim à die mortis teſtatoris, vel dationis curatoris incipiet hodie de jure regni currere iſtud quinquennium, vel dic, & melius, quod ſi hæres ſcriptus in teſtamento, in quo filius eſt exhæredatus, repudiet: poterunt adire hæreditatem alii venientes ab inteſtato: prout vult, *dict. leg. ordin.* in caſu in quo, in teſtamento nullus eſt hęres ſcriptus, cum idem ſit nullum eſſe ſcriptum, vel ſcriptum: & non adire, & contra tales adeuntes ab inteſtato exhæredatus movebit querelam infra quinquennium à die hereditatis aditæ per eos, neque debet eſſe mirum, ut querela detur contra alium, quàm contra hæredem ſcriptum; contra, *L. primam*, & *L. circa, ff. de inoffic. teſtam.* & habetur *ſupra eod. L. 2.* quia tales ſuccedentes ab inteſtato, ſuccedunt in locum hærodis ſcripti, qui propter ejus repudiationem, hæreditatem habuerunt, & ex beneficio, *dict. leg. ordin.* ſucceditur in locum hęredis: & ideo poteſt contra eos dari querela: ſicut etiam poteſt dari contra fideicommiſſarium univerſalem, *L. 1. C. de inoffic. teſtam.* & ſicut etiam in caſu, *L. filium, §. ſed cum exhæredatio, verſic. ſed quemadmodum, ff. de bon. poſſ. cont. tabul.* datur exheredato querela contra pręteritum, qui advocavit hæreditatem: & ſucceſsit in locum hęredis ſcripti, ut ibi declarat Bart.

(4) *Menor de veynte, e cinco años.* Adde, *L. adoleſcentia, C. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſ.*

L E X V.

Si pater legitimam jure inſtitutionis relinquit filio de omnibus aliis bonis poteſt adlibitum facere, ſed ſi jure legati legitimam ei relinquat, ſi eam filius non acceptat, vel acceptans proteſtetur ſalvam eſſe querelam, poterit rumpere teſtamentum per querelam niſi inter liberos teſtator citra teſtamenti factionem diſponat. Si vero jure inſtitutionis minus legitima ſibi relinquat, poterit ad ſupplementum agere. Hoc dicit.

(1) *Su parte legitima.* Excluditur à querela filius, cui eſt relicta ſua legitima pars, ut hic, & *in leg. cum quæritur, C. eod. & inſt. eod. §. igitur quartam, & L. penul. C. de collation.* adde quæ dixi *in leg.* 10. *in gloſſ.* 1. *ſupra tit.* 1. & not. quod ſi ſimpliciter inſtituatur filius in legitima, talis inſtitutio dicitur univerſalis: & perinde habetur acſi eſſet inſtitutus in omni hæreditate: excepta quinta juxta, *L. fori, & LL. Tauri*, ita probat text. ſecundum Angel. ibi *in leg. ita tamen, §. ſi patronus, ff. ad Trebellian.* ubi ipſe & Paul. de Caſt. refert, quod alii tenuerunt contrarium, quia legitima non dicitur quota pars hæreditatis, ſed quota bonorum, quod patet quia non debetur niſi de eo, quod remanet deducto ære alieno, *L. Papinianus, §. quoniam autem quarta, ff. de inoffic. teſtam.* ſed inſtitutio in quota bonorum non eſt univerſalis, dato alio cohærede in hæreditate, vel in univerſo, *L. cogit. §. & generaliter, ff. ad Trebellian.* ſed primum probatur *in dict. §. ſi patronus*, ſecundum Angel. eſt autem effectus maximus, ſecundum Paul. ibi: quia ſi videtur inſtitutus in quota hæreditatis: acceptando, poteſt pro rata conveniri à creditoribus: & ſecus eſſet ſi in quota bonorum, & dictum Angel. tenet ibi Paul. qui reſpondet ad illud quòd legitima non debetur niſi deducto ære alieno, quia licèt hoc ſit re vera, tamen eſt quota hæreditatis. Alexand. tamen ibi dicit, quòd magis communis opinio eſt, quòd legitima ſit quota bonorum, & quoad effectum per *dict. leg. Papinianus, §. quarta*, & tenet Bald. *in leg. ex facto, la grande, ff. de hæredib. inſtituend.*

(2) *Como a heredero.* Habes hic, quod legitima debet relinqui filio titul. inſtitutionis, idem in legitima debita parentibus, ut tradit Bart. *in authent. ut cum de appel. cognoſ. in §. ſive igitur, col.* 8. & iſta eſt communis opinio, ſecundum Jaſon. *in authent. noviſsima, col.* 11. *C. de inoffic. teſtam.* contra Bart. ibi, qui tenuit ibi contrarium, ſed an in dubio alio non expreſſo cum filio à patre relinquitur aliquid pro legitima, intelligatur tit. inſtitutionis? Communior videtur opinio inter Doctor. loquentes de jure communi, quòd ſic prout dicunt Bart. Bald. & Rapha. Fulgo. *in authent. unde ſi parens, C. de inoffic. teſtam.* Bald. *in leg. humanitatis*, ubi bonus text. *C. de impub.* & aliis ſubſtitut. & hanc eſſe communem opinionem ateſtantur ibi Alexan. & Decius, contrariam opinionem tenet Salyc. *in leg. quotiens. C. de hæredib. inſtit. quæſt. fin.* Joan. de Imol. *in leg. his verbis, & in leg.* 1. *§. ſi ex fundo, ff. de hæredib. inſtit.* Alexand. *in leg. nam quod, §. non omnis, ff. ad Trebellian.* Jaſon. *in authent. noviſsima, C. de inoffic. teſtam.* Guilliel. Bened. *in repe. capit. Raynuntius*, iu verbo *delinquens*, 1. *de teſtamet.* & huic opinioni favet iſta L. partitarum in verbo iſto, & inferius cum ſubdit *mas ſi aquella parte le dexaſſe en el teſtamento non como a heredero, &c.* & hanc concluſionem, quòd filius debeat inſtitui multipliciter limitat Guillielm. ubi ſupra vide ibi per eum per totam illam partem, quærit etiam Bald. *in capit. per tuas, de probation.* de quæſtione quam dicit tunc eſſe de facto ſi primo pater inſtituat aliquem tanquam verum filium ex oxore, & poſtea mutavit teſtamentum, & inſtituit eum in modica quantitate, non nominando ipſum, ut filium, ſed tanquam nutritum in domo: nunquid poſsit tanquam præteritus rumpere teſtamentum? Vide ibi per eum qui arguit ad partes, & relinquit indeciſam: quia pendebat defacto: & quia erat quæſtio multum ardua, & de iſto dicto Bald. meminit Alexand. *conſil.* 87. incipit *in cauſa mora* contra Angel. 3. *vol.* Adverte etiam quod filia poteſt inſtitui in dote, gloſſ. *in leg.* 3. *§. ſed utrum, ff. de minor.* & eſt communis opinio, prout atteſtatur Alex. *in dict. conſil.* 179. 5. *vol. colum. penult.* & *in conſil.* 168. *eod.* 5. *vol.* & quid ſi teſtator in codicilis declaret, quòd id quod reliquit filio in teſtamento, valeat jure inſtitutionis? Bald. *in leg. non codicillam, C. de teſtam.* vult, quòd non ſufficiat, quod multum nota, & fortè, ſecundum leges regni quando teſtamentum fuit nuncupativum: & in codicillis intervenerunt tot teſtes, quot in teſtamento, contrarium eſſet dicendum, quid autem ſi pater ſubſtituat filio vulgariter dicendo, ſi filius meus hæres non erit, talem ſubſtituto, an tunc filius dicatur præteritus, vel inſtitutus? Vide Bald. poſt gloſſ. & Bart. *in leg. antequam, C. communia, de ſucceſsion.* Quid autem ſi pater reliquit filiæ centum, neque dicit jure inſtitutionis: & prohibuit eam plus petere, vel habere: nunquid filia dicetur præterita? Bald. dicit quod non *in leg. ſi adulta, C. de hæredit. action.* cum videatur reliquiſſe animo compenſandi cum legitima, allegat, *L. ſi debitor. ff. ad legem falcidam*, alii etiam tenuerunt cum Bald. ut refert Guillelm. ubi ſupra in tertia limitatione: Salycet. tamen tenet contrarium *in dict. leg. ſi adulta*, & ſequitur Guilliel. & videtur verius, & probatur apertè in iſta L. partitarum, quid autem ſi pater diceret, relinquo centum filio meo, jure falcidiæ, an importet idem quod tit. inſtitutionis? Gloſſ. dixit quod ſic, *in leg. ſi patronus, §. 1. ff. de donation.* ſuper verbo *de illo*, quam ad hoc allegat Bart. *in leg. fin. ff. de pecul. legat.* quæ hoc non probat: ſed tantum probat quod etiam legitima debita jure naturæ dicitur falcidia, dictum Bart. tendit ad ſuam opinionem, quod ſatis dicitur relinqui jure inſtitutionis, quando relinquitur pro legitima, & ſecundum hoc inducit illam gloſſ. ſatis tamen placet dictum Bart. cum teſtator diceret relinquo jure legitimæ, quod videtur tit. inſtitutionis, ex quo ſe refert ad jus, quod debet relinqui: legitima, & non ad legitimam tantum jure legati: & adde quæ dicam *infra ead. L. in gloſſ.* ſuper parte *como a heredero.*

tros que ouieſſe, o ordenaſſe dellos en otra manera qualquier; eſtonce, maguer ſe querellaſſe el fijo, non podria quebrantar el teſtamento. Mas ſi aquella parte le dexaſſe en el teſtamento, non como a heredero, mas como en razon de manda, eſtonce podria quebrantar (3) tal teſtamento E eſto ſe entiende, ſi el fijo non reſcibieſſe aquella parte que le era mandada. Ca, ſi la reſcibieſſe, (4) e non lo proteſtaſſe, (5) diziendo, que le fincaſſe en ſaluo la querella (6) que auia de tal teſtamento, non podria deſpues quebrantarlo. Por ſi el padre non fizieſſe teſtamento, e partieſſe (7) lo que ouieſſe entre ſus fijos, faziendo codicilo, o alguna eſcritera, en que moſtraſſe ſu voluntad; maguer en tal eſcritura non dexaſſe al fijo, aquella parte que le mandaua, eſſo

(3) *Quebrantar.* Dicendo de nullitate contra teſtamentum: cum tale teſtamentum, in quo deficit inſtitutio filii eſt nullum, ut *in authent. ut cum de appellat. cognoſ. §. aliud quoque capitulum, & §. ſive igitur, col.* 8.

(4) *Ca ſi la reſcibieſſe.* Adde *L. ſi pars, §. fin. & L. nihil, & L. penult. & fin. ff. de inoffic. teſtam. & L. ſi ex modica, §. fin. cum L. ſequen. ff. de bonis liber.* & Bald. *in leg.* 1. *col. fin. verſ. item pone filio legatum, C. de jure fiſci, lib.* 10. & limita, niſi tale legatum recepiſſe, ut alii, illico reſtituere: ut habetur *in dict. §. fin.* qui text. ſecundum Angel. ibi allegatur pro caſu quod filius exhæredatus, vel pręteritus relictus executor in teſtamento, licet acceptet fideicommiſſariam, non excluditur proinde à jure querelandi, vel dicendi nullum, & hoc dicit ibi Angel. quod tenebat Bald. ipſo Angel. audiente, idem tamen Angel. ibi tenet contrarium volens, quod ſi ex hac acceptatione inducatur agnitio, & approbatio teſtamenti, licèt non acceptet fideicommiſſariam, ut quærat ſibi, ſed ut impleat votum teſtantis: mihi vero magis placet opinio Bald. cum enim ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis rumpatur teſtamentum quoad inſtitutionem, non quoad legata, & cætera in teſtamento contenta: ut *in authent. ex cauſa, C. de liber. præter. & infra iſto tit. L. fin.* poſſunt iſta ſtare ſimul agnoſcere teſtamentum quoad executionem relictorum, & impugnare quoad inſtitutionem, & quia videtur pro hoc caſus *in dict. §. fin.* ubi etiam Paul. inclinat in opinionem Bald. allegans pro eo determinationem, Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de inſtrum. edition. §. nunc vero aliqua in addition.* quæ incipit *admittatur.*

(5) *E non lo proteſtaſſe.* Not. hoc de proteſtatione, quia non ita exprimebatur clare in LL. de quibus iſta ſumpta eſt, & induci poteſt ad quæſtionem de filio recipiente rem à patre ſub certo gravamine, quæ tamen erat res antiquæ majoriæ, quod ex hoc ſibi filius præjudicet, de qua quæſtione vide quod not. Bald. *in cap. unico, de feud. guardiæ. §. fin. verſic. modo quæro*, ubi dicit: quod ſi talis recognitio fiat per errorem, vel impreſsionem, aliter quam more ſolito, non nocet ſibi, neque poſteris, & dicit etiam Bald. *in cap.* 1. *qualiter jurare debet vaſſ. dom. fideli.* quod nova juramenta extorta contra antiquam conſuetudinem præſumuntur impræſsiva, quod tu nota.

(6) *La querella.* I. jus dicendi nullum, quia non fuit relictum jure inſtitutionis, ut *in dict. §. aliud quoque capitulum*, vel dic, quod intelligatur proprie de querela inofficioſi teſtamenti: & ſic quod per iſtam L. limitetur concluſio Doct. per dict. text. quod teſtamentum ſit nullum, ſi filius non inſtituatur, licèt aliquid ſibi relinquatur jure legati, vel fideicommiſsi: ut non procedat, quando filius ſimpliciter acceptavit legatum ſibi relictum pro legitima: nam tunc tenebit teſtamentum, neque poterit reſcindi per querelam, niſi proteſtetur, cum recipit quod ſalvum ſit ſibi jus querelæ, imò etiam ulterius probari videtur ex iſta L. quod etiam ſi filius non acceptet legatum relictum ſibi pro legitima tamen: adhùc ad reſciſsionem teſtamenti opus erit intentare querelam, & ſic quòd non competat ſibi jus dicendi nullum, & iſto caſu poterit procedere opinio communior, de qua dixi ſupra in gloſſ. 2. obſtat tamen ad hoc text. *in dict. §. aliud quoque capitulum*, ibi nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcunque modum eis dederint legibus debitam portionem, unde cum iſta L. ſuperius dixi (*quebrantar*) expone ut dixi ſupra in gloſſ. 3. dicendo teſtamentum nullum.

(7) *Partieſſe.* Proſequitur nota. per Azo. *C. de inoffic. teſtam. in ſumma, colum. fin. verſic. ſi autem non faciat pater perfectum teſtamentum*, & concordat *cum L. parentibus, C. eod.* & *L. fin. C. famil. herciſ.* & vide per Alexand. *conſil.* 168. 5. *volum.* incipit *ponderatis narratis in themate, col.* 2. ubi probat, quod talis diviſio non requiritur, quod fiat titul. inſtitutionis, & quod ita debeat limitari, *dict. §. aliud quoque capitulum*, & diſtingui per *dict. leg. fin.* & ita approbatur hic.

como heredero, por todo eſſo, non ſe podria querellar, para quebrantar aquel teſtamento. Otroſi dezimos, que dexando el padre al fijo alguna coſa en ſu teſtamento como a heredero, (8) maguer non le dexaſſe toda la ſu parte legitima, que deue auer ſegun derecho, por todo eſſo dezimos, que non podria quebrantar el teſtamento; mas podria demandar, que aquello que le menguaua de la ſu parte, que deuia auer, que gelo cumplieſſen: (9) e los otros, que ſon eſcritos por herederos (10) en el teſtamenro, ſon tenudos de lo fazer.

LEY VI.

Como, aquel que otorga, o conſiente en el Teſtamento, en qae lo desbereda ſu padre, non lo puede deſatar deſpues.

EN qualquier manera, que otorgaſſe, o conſentieſſe el fijo, o el nieto, en el teſtamento en que le ouieſſen desheredado; aſsi como ſi le ovieſſen dexado manda en el, o a ſu fijo, (1) o a otro alguno que fueſſe en ſu poder, e la recibieſſe; Ley 1. tit. 3. lib. 5. Recop.

Vela Di- cenc. 16. n. 21. pag. 203.

(8) *Como a bæredero.* Approbat gloſſ. *in leg. omnimodo, C. eodem*, in verbo, vel *fideicomiſſo*, quid autem, ſi teſtator, qui per verbum *relinquo aliquid*, dat filio ſuo, adjiciat quod vult, quod teſtamentum valeat omni meliori modo, via, & forma, &c. an per hoc ſubſtentetur teſtamentum, & cenſeatur relinqui jure inſtitutionis? Bal. notabiliter vult, quòd ſic *in leg. quotiens, colum. 2. C. de bæredib. inſtitu.* ex eo, quòd verba ſunt trahenda, & aptanda perſonis, quibus loquimur ſecundum qualitates perſonarum, allegat, *L. qui jure militari, ff. de teſtam. milit.* & alia, quæ ibi videbis: & quia vulgares homies illiterati neſciunt vulgarizare aliud verbum, quàm *relinquo*, & durum, & contra æquitatem eſt dicere, quod verbum generale non aptetur in ea ſpecie, in qua magis ſalvatur. Subdit tamen, quòd ſi teſtator expreſsè diceret, relinquo jure legati: tunc filius eſſet præteritus. Et ſatis placet iſtud dict. Bald. quia conſonat rationi, & L. iſta partitarum non repugnat, imo confert, cum ſuperius dixit, *mas como en razon de manda.*

(9) *Gelo cumplieſſen.* Concordat *cum leg. omnimodò, C. de inofficio. teſtam.* & procedit etiam ſi pater, qui inſtituit minus legitima, prohibebat plus petere, nam adhùc agitur ad ſupplementum, ut *in §. cæterùm, in autbent. ut cum de appellat. cognoſ.* & Doctor. communiter *in dict. leg. omnimodò.* Et ſi relictum minus legitima ſit acceptatum. Et adde Paul. *in leg. quod de bonis, §. cum fideicommiſſum, ff. ad leg. falcid.* Item procedit hoc non ſolùm in liberis, ſed etiam in parentibus, & in fratribus inſtituta turpi perſona, gloſſ. & ibi vide Jaſo. *in dict. leg. omnimodò*, & adverte, quòd licèt iſtad jus agendi ad ſupplementum ſuccedit loco querelæ, ut *in dict. leg. omnimodò*, non tamen tollitur quinquennio, ſicut tollitur querela, ut ſupra proxima, & ita eſt communis concluſio contra Bart. *in leg. ſi quis filium, C. de inofficio. teſta.* ut dixi *ſupra L. proxima*, & tradit noviſsimè Roder. Suar. *in commento, L. fori, poſita ſub repet. L. quoniam in prioribus, in 3. limitatione, fol. 66. col. 3.* erit ergò hoc remedium perpetuum uſque ad triginta annos, etiam ſtante *L. Taurina* 63. qua cavetur actionem perſonalem competentem ad petendum debitum præſcribi vinginti annis, nam talis lex non extenditur ad ſupplementum legitimæ, vel ad legitimam, pro qua datur petitio hæreditatis: & ita loquendo in ſimili ſtatuto concludit Philip. Corneus, *conſil. 274. in bac conſultatione, colum. 1. & 2. in 1. volum.* & Bald. *in ſuo tractatu præſcriptionum, fol. 36. col. 4. verſic. 23. quæro*, & iſtud jus agendi ad ſupplementum tranſmittitur ad hæres, ut nor. Bal. *in leg. unica, §. in noviſsimo, C. de caduc. tollend.* Salicet. *in leg. ſcimus, in princ. verſic. quæro, cum gloſſ. C. de inofficio. teſta.* Decius ubi refert aliqua conſilia Alexan. *conſil. 81. num. 1.* ut tamen excluditur hæres triginta annis, ſi non petat ſupplementum: ſic excluderentur, & hæredes: quia curſu talis temporis induci videtur repudiatio, ut tradit Roderic. ubi ſupra: cum laborat in reſpondendo, quomodo excludi poſſet lapſu temporis hæres, cum repletio fiat ipſo jure, tu verò poſſes etiam reſpondere ad hoc, quòd repletio etiam fit ipſo jure: dum tamen petatur à parte, ut dixit gloſſ. notabilis *in dict. leg. ſcimus, in princip.* quam ibi approbat Alberic. Bar. & Paul. de Caſt. & idem vult Bald. ibi quoad immutabilem acquiſitionem, quę non fit niſi per agnitionem. Solus Salicet. ibi vult, quòd ſuppletio fiat ipſo jure, & ſi nihil petatur à parte, & ſic quod fiat purè, & non conditionaliter ſi petat, movetur quia ſi aliter diceretur, gravamen ineſſet: quod eſt contra *leg. quoniam in prioribus, C. eod.* neque tunc ſecundum eum tranſmitteretur ad hæredem, ſi ſupplementum non fuiſſet petitum, *L. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, ff. de lega. 1.* tandem fatetur Salicet. quòd in eſſentia repletionis non prodeſſet: niſi petatur per filium, vel ejus hæredem, in quem tranſmittit: & ita ſimpliciter tranſit ibi Jaſo. & ut vides, opinio gloſſ. eſt magis communis, unde admirari non deſino, qualiter Roderic. ubi ſupra dixerit gloſſ. illam communiter reprobari: cum Solus Salicet. reprobet eam, motus fortè fragili fundamento: illa namque tacita conditio à lege ſubintellecta, ſi filius petierit, non impedit tranſmiſsionem, ut *in leg. conditiones extrinſecus, ff. de condit. & demonſtra.* Sed pone quod pater per via legati fecit majoriam in unum filium, & alium filium hæredem univerſalem inſtituit, & filium Monachum fortè prę terivit, vel ei minus legitima reliquit: modò iſte filius Monachus, vel qui aliàs vult agere ad ſupplementum, vult agere, tàm contra illum cui fuit relicta majoria, quàm contra hæredem univerſaliter inſtitutum, ut ſuppleatur legitima, an poſsit? Et videtur, quòd ſic, imò quod ab utroque repetat per textum ſingularem *in leg. ſi libertus ſub conditione, §. libertus, in fine, ff. de bonis libertor. neque obſtrat, L. 1. C. ſi cert. pet.* quia illa procedit reſpectu creditorum: hic verò loquitur de ſupplemento legitimæ.

(10) *Herederos.* Et ſic videtur velle iſta L. quòd onus ſupplementi ſpectet ad hæredes tantùm, prout etiam vult text. *in autbent. ut cum de appellat. cognoſ. §. cæterùm*, ſed Bart. *in leg. Papinianus, §. quarta, ff. de inofficio. teſtam.* tenet, quód debeat fieri tàm ab hæredibus, quàm à legatariis pro rata, & ibi reſpondet *ad dict.* §. cæterum, quod non dicat ſimpliciter ab hæredibus, ſed ſubjungit ſecundum alias noſtras leges, ſecundum quas debet fieri, tàm ab hæredibus, quàm à legatariis: ut habetur *in legitima patroni: in leg. ſi libertus ſub conditione, §. libertus, ff. de bonis libertor.* Ut hic vides, L. iſta partitarum loquitur ſimpliciter, videtur dicendum cum Salicet. poſt alios, quod cum legitima filis debita cenſetur ut æs alienum, *ut in dict. §. quarta*, omne æs alienum primò ab hæreditate deducetur, ſecundò verò ad æris alieni ſimilitudinem legitima filii deducetur, ex reſiduo verò ſolventur legata, detracta falcidia jure inſtitutionis hæredi debita, & per hunc modum poteſt dici, quòd detrahitur de utroque: ubi verò portio remanſura hæredi ita ſit opulenta, quod ſufficiat ad repletionem legitimæ filii, & pro ſua falcidia: tunc integra legata ſolventur, & nihil eis minuetur. Et ita videtur intelligenda iſta L. partitarum.

LEX VI.

Qualitercumque exhæredatus conſentiat teſtamento, ut puta legatum reſcipiendo, ei, vel ſuo juri ſubjecto relictum, vel ſi teſtamentum, ut procurator, vel advocatus defendat, excluditur ab iſta querela. Hoc dicit. Habuit ortum *à leg. parentibus, C. eod. titul. & leg. penulti. & fin. ff. eod. titul.*

(1) *A ſu fijo.* Adde *L. nihil intereſt, ff. eod.*

ſe; (2) o ſi el fueſſe Abogado, (3) o Perſonero, en defendiendo el teſtamento, o alguna de las mandas que fueſſen en el eſcritas; o conſentieſſe en el teſtamento en alguna otra manera ſemejente deſtas, (4) non podria deſpues querellarſe, (5) para quebrantar el teſtamento, nin deue ſer oido.

LEY VII.

Que fuerza ha el Juicio que es dado para quebrantar el Teſtamento.

QVebrantado ſeyendo el teſtamento por alguna de las razones ſobredichas en las leyes deſte Titulo, (1) tal fuerza ha eſte quebrantamienro, que luego que la ſentencia es dada por el Juez, para quebrantarlo, ſi non ſe alçare, o alçandoſe, ſi fuere dado el juycio del alçada contra el heredero; contra quien fuere dada, pierde (2) porende aquella parte en que era eſtableſcido por heredero. Fueras ende, ſi fueſſe fijo, o nieto, (3) del que fizieſſe el teſtamento. Ca eſtonce eſte atal, maguer ſe quebrantaſſe el teſtamento por querella de alguno de ſus hermanos, aura la ſu parte, que deuia auer ſegun derecho. (4) Otroſi dezimos, que como quier que el fijo, (5) o el nieto, que fueſſe desheredado (6) en el teſtamento, lo quebrantaſſe (7) por algunas de las razones ſobredichas, con todo eſſo, las mandas

(2) *Reſcibieſſe.* Adde *L. ſupra proximam*, ibi, *ca ſi la reſcibieſſe*, cum concordant. ibi allega.

(3) *Abogado, o perſonero.* Concordat *cum leg. fin. ff. eod.*

(4) *Semejante deſtas.* Ut in caſu, *L. penult. §. ſi bæres, ff. de inofficio. teſta. in verb. diverſum, & verſic. quid ergò, & in caſu, L. ſi proponas, §. fin. eod. titul. & in caſu L. parentibus, C. eod.*

(5) *Querellarſe.* Et in fine etiam ſubditur, *ni deue ſer oido*, & ſic exhæredatus agnoſcens judicium defuncti repellitur à querela, & nihil habebit de bonis teſtatoris, & ſi petat legitimam. Nam, quòd dicitur, quod agnoſcens judicium defuncti, non præjudicat ſibi in legitima: ut habetur *in leg. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoffi. teſta.* procedit, ut ibi habetur, quando filius fuit in aliquo inſtitutus: tunc enim & ſi recipiat, quod fuit relictum ſine aliqua proteſtatione, remanet ſibi ſalvum jus legitimæ, prout noviſsime poſt alios adducit Roderic. Suar. *in repet. L. quoniam in prioribus, in nova ampliatione.* Requiritur enim tunc ſpecifica renuntiatio legitimæ ſecundum Bald. & alios *in dict. §. & generaliter*, & ſecundum Alexand. *conſil. 8. volum, 3.* & vide in materia elegans conſilium Petri de Anchara, *conſil. 152.* incipit *plura ſunt dubia*, ſi verò filius fuiſſet exhæredatus, tunc agnoſcens judicium defuncti, repellitur à querela, & etiam à jure petendi legitimam, ſeu ſupplementum legitimæ, ut declarat Paul. de Caſt. *in leg. Papinianus, §. ſi conditioni, ff. de inoffic. teſtamen.*

LEX VII.

Rupto teſtamento per ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam hæredis inſtitutio remanet nulla, & ſuccedunt venientes ab inteſtato: legata tamen, & libertates valida remanent. Hoc dicit.

(1) *Deſte titulo.* Sive ex cauſa exhæredationis, ſive ex cauſa præteritionis, ut ſupra eod. *L. 1. & in autbent. ex cauſa, C. de libe. preæte.* & quod hic dicit, *quebrantado*, intellige, *largo modo*, ut procedat etiam evacuato, ſeu annullato teſtamento ex cauſa præteritionis.

(2) *Pierde.* Adde *L. Papinianus, §. fin. ff. eod. & L. mater decedens.*

(3) *Fijo, o nieto.* Adde *L. mater decedens, ff. eod.*

(4) *Segun derecbo.* Non aperit quam partem, intellige ergo de ea quam habiturus eſſet ab inteſtato, ſecundum opinionem Yrnerii, de qua per gloſſ. *in dict. leg. mater decedens*, quam approbant ibi Alberic. & Paul. de Caſt. & ſatis hoc vult L. iſta partitarum cum reſciſſo teſtamento, & redacto ad cauſam inteſtati, de jure debent filii in viriles partes ſuccedere.

(5) *El fijo.* In patre vide *L. 11. ad fin. ſupra titul. 1.* & quid in fratre præterito, vel exhæredato turpi perſona inſtituta? Bald. *in leg. fratres, in 3. quæſt. C. de inoffi. teſta.* tenet, quod idem erit: & quòd legata conſerventur Ang. verò *in autbent. ut cum de appellat. cognoſ. §. fin. colla. 8.* & Imol. *in leg. filio præterit.* tenet contrarium, quia cum iſtæ LL. ſint correctoriæ, & ſolùm loquantur in filiis, & parentibus, non debent extendi ad fratres: & ſic iſto caſu rumpentur etiam *L. Papinianus, §. fin. ff. de inofficio. teſta.* idem tenet Paul. de Caſtr. *in leg. ſi patroni, §. fin. ff. ad Trebell.* ubi etiam idem tenet Alex. *col. penul.*

(6) *Desberedado.* Vide, quæ dico in gloſſ. ſequenti, & quid ſi pater, vel mater prætereat filium, quem ignorabat habere, an procedat iſta L. & dict. authen. *ex cauſa* in hoc fuerunt contrariæ opiniones, de quibus latè vide per Alexan. *in dict. autbent. ex cauſa, colum. 10. 11. & 12.* ubi concludit æquiorem eſſe opinionem Bartol. & aliorum tenentium, quòd tunc legata non conſerventur cum limitationibus Angel. quas ibi refert, ſed veriorem eſſe opinionem contrariam in puncto juris, quæ fuit Bald. & aliorum, vide ibi latè per eum.

(7) *Lo quebrantaſſe.* Sive per querelam, ſive per jus dicendi nullum, vel per bonorum poſſeſsionem contra tabul. ſic etiam Docto. communiter intelligunt tex. *in §. ſive igitur, in autbent. ut cum de appellat. cognoſ.* dum loquitur de reciſione, ut accipiatur diverſimodè, id eſt, ipſo jure, quando à principio teſtamentum fuit nullum. Et de reciſione per remedia reciſoria, quando fuit validum, facit text. cum gloſſ. *in leg. 2. ff. de offic. proconſu.* & ſatis hoc probatur *in leg. 11. titul. ſupra proximo*, ad finem legis, verbum enim ſemèl poſitum aliquando propriè, vel impropriè ponitur, gloſſ. *in dict. L. 2.* & ſic etiam ſi filius in poteſtate prætereatur, conſervantur legata per iſtam legem, & per dictam authenticam *ex cauſa*, & in corpore, unde ſumitur, licèt Oldrald. *conſil. 138.* incipit, *tbema tale eſt.* Durandus habens quatuor filios in prima quæſtione contrarium tenuit per fundamenta, quæ ibi videbis: & tenuerunt etiam alii Docto. antiqui, inter quos fuiſſe videtur Azo. *C. de inoffic. teſtam. in ſumma, colum. penult. verſic. bodie autem non videtur.* Et fundamentum iſtorum eſt, quia cum tunc legata non pendeant ab inſtitutione per ſe ipſa detecta nullitate ſubſiſtere non poſſunt, & quod tex. *in dict. §. ſive igitur*, dum tract. de conſervatione legatorum, non loquitur de præteritis, ſed de exhæredatis, vel de emancipatis præteritis, qui laborant in rumpendo per contra tabulas, magis communis opinio tamen eſt in contrarium, ſecundum Alexand. *in dict. autbent. ex cauſa, colum. 10. verſic. extra gloſſ. eſt videndum*, qui reſpondet motivis antiquorum, & Joan. de Imol. qui tenuerunt contra communem, & ſuſtentat opinionem communem, iſta tamen L. partitar. videtur velle, quod tunc legata, & cætera hic contenta conſerventnr, quando fuit filius exhæredatus, patet expreſsè, cum dicit (*que como quier que el fijo, o el nieto fuere desheredado.*) Et ſic apertè videtur approbare opinionem Azo. & Oldraldi, & aliorum antiquorum niſi ſuſtentando communem opinionem dicas, quod iſtud verbum, exhæredatio, large ſummitur pro excluſione ab hæreditate facta tacitè, vel expreſsè, prout reſpondet Bartol. *in leg. filio præter. colum. 2. ff. de injuſt. rupt.* & quia negari non poteſt, quin iſta L. & *dict. §. ſive igitùr, in verſic. ſin autem bæc obſervata*, habeant locum, quando filius fuit exhæredatus à patre ſine expreſsione cauſæ, quod tunc legata conſerventur, ut dicit gloſſ. *in dict. autbent. ex cauſa*